



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 3. Principium 3. Impossibilium nulla est obligatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si res Ecclesæ vel Pupilli alienentur contra Juris formam, invalidam esse alienationem, uti in c. de rebus Eccl. non alienandis in 6. & l. 22. C. de adm. Tor. deciditur.

Deducitur 2. Electionem contra Jura factam pro invalida habendam esse, uti ex Cap. congregato § 3. de election. habetur.

Deducitur 3. Stipulationes quoque & mandata contra Jus facta nullius esse momenti, uti in cit. l. non dubium habetur.

§. III.

PRINCIPIUM III.

Impossibilium nulla est obligatio.

Sensus.

Hoc est, quando aliquis dispositioni vel legi conditionem impossibilem (qualis est, quæ vel simpliciter, vel certe sine dispendio bonorum morum fieri non potest) adjungit, nulla ex tali dispositione aut lege obligatio oriri potest, fortè per fictionem Juris dicta conditio pro non adjecta habetur, uti in Matrimonio & ultimis voluntatibus contingit.

Authoritas.

Desumptum est ex l. 6. decret. c. ult. re 6. & 3 l. Item § 1. & 185. ff. de reg. Juris, illudque referunt, & explicant Camillus Dynus, Decius in cit. reg. uti & Barbosa axiom. 118. cum pluribus aliis.

Ratio.

Quia, cum ex una parte obligatio in faciendis consistat; ex altera verò parte id, quod est impossibile, fieri, darique non queat, hoc ipso is, qui conditionem impossibilem adjungit, dispositione vel legi, seriam voluntatem disponendi, vel obligandi non habuisse censetur, uti in l. non solum § 30. ff. de act. & oblig. habetur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Culpâ carere eum, qui aliquid non potest, quando non potest, uti in §. si impossibilis Instit. de

Deducitur 2. Si quis Matrimonium contrahat eâ conditione, ut generatio Proles evitetur, vel uxor pro quæstu adulterium se tradat, non subsistere Sacramentum, quia hanc conditionem Ecclesia non habet pro non adjecta.

Deducitur 3. Nec ægros, nec debiles obligati ad sacrum Festo audiendum, si sine gravi difficultate aut periculo ad Festum se conferre non possint, nec aliam audiendi sacri rationem habeant, uti communis docet sententia.

§. IV.

PRINCIPIUM IV.

Posse quis non dicitur, quod contra Jus potest.

Sensus.

Hoc est, quando quis physicè quidem actionem aliquam præstare potest, sed ita, ut necessariò simul aliquam legem violare debeat, tum perinde in morali Hominum æstimatione ad talem actionem impotens censetur, ac si ne physicè quidem potentiam haberet.

Authoritas.

Desumptum est ex c. 18. de Rescript. & c. 8. de consuetudinibus, illudque approbat Barbosa in tract. de axiom. verbo, quodam multis aliis.

Ratio.

Quia, cum talis actio nunquam sine peccato fieri possit, ratio dicitur ab ea abstinendum esse, ac si simpliciter quis illam exercere non posset.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Infirmarium, qui non potest ægrum a periculo vitæ deserere, censeri debere impotentem ad Festum die Festo audiendum, uti docet communis Theologorum.

H h

Dedu-